

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxvi [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293518](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293518)



Iber. xxvi. De variis morbis & magica.

Ca. i. De nonis morbis.

Primum in italiam carbunculū venisse anualibus scriptum est: peculiare narbonensis prouintie malum: quo duo consulares obiit.

Ca. secundo.

Hipocratis qui primus medendi precepta clarissime cōdidit: referenda herbarum mentione inuenimus volumina. Erophilo quidem quā subtilioris secte conditori: ante omnes celebratam rationem: eā paulatim vsu efficacissimo rerum omniū magistro peculiariter vti quæ medicine ad verba garrulitatemque descendere.

Ca. iii. De abusoribus medicine artē falso profitentibus.

Asclepiades etate magni pompeii rhetorice magister: nec satis in ea arte questuosus: (vt ad alia sagacis ingenii) huc se repente conuertit. atque vt necesse erat homini quæ nec id egisset: nec remedia nosset oculis vsu precipienda: torrenti ac meditata oratione cotidie blādiens: omnia abdicauit. totamque medicinam ad casum reuocando: coniecturam fecit.

Blandimenta excogitabat: iam suspendendo lectos: quorum iam statu aut morbos extenuaret aut somnos alliceret. iam balneas auidissima hominum cupidine instituendo. & alia multa dictu grata atque iocunda: magna auctoritate nec minore fama. Id solum possumus indignari vnum hominem ex leuissima gente: sine opibus vllis orsum vectigalis sui causa: repente leges salutis humano generi dedisse: quas tamen postea abrogauere multi.

Capitulum quartum Irrisio artis magice.

I Vper omnia magice vanitates intantū euectæ: vt abrogare herbis fidē cunctis possent. Aethiopide herba amnes sic cari cōiectu. tactu clausa oia aperiri. Aethomenide herba coniecta in aciem hostiū: trepidare agmina ac terga vertere. Latacē dari a persarū rege legatis vt quocūque venissent: oim rerū copia abundarent. Vbinā iste fuisse: cū cimbrī teutonique terribili Marte vlularēt? Cur ve romani duces primā semp in bellis rationē cōmertiorū habueret? Cur milites famē senserūt si abundātia ois cōtingeret vnus herbe felicitate? Nō satius fuit emiliū stipionē cartaginis portas herba patefacere quæ machinis claustra per tot ānos querere? Apud democritū inuenit cōpositio medicamenti: quo pulchri bonique ac fortunati gignantur liberi. Cur nunquā persarum regi talis est dedita?

Ca. v. Contra tulum medicine.

Tussis.

Quinq; folium medetur & pectoris vitis, vel quod grauissimū est tussi. Huic medetur pauacis in vino radix. Succus biosciamī etiā sanguinē excreantibus, Nidorq; accēsi tussientibus. Item scordotis mixto nasturtio & resinacum melle tusa arida, facit & per se faciles excreationes. Peucedanī succus pectoris doloribus & acorum subuenit, & ideo antidotis miscetur, tussi dancum. Item sciathi ca herba. Ea demum omnibus pectoris vitis tussi & purulenta excreantibus obolis tribus in passo.

Ca. vi. De verbascopioso
saluta & contra tussim medicine.

Tribus obolis bibitur verbascum cuius flos aureus. Tanta huic vis vt iumentis non tussientibus modo: sed Ilia quoq; trahētib; auxilietur potus. Quod & de genciana reperio. Radix camelēce que tussilago dicitur commanducata & in vino madefacta non tussi tantum: sed & faucibus prodest.

Hisopi, v. ramis cum duob; rute & ficis tribus thoracē purgant de coctis. Hisopi faciculus cū quadrante mellis decoquit ad tussim.

Ca. vii. Ad lateris & pectoris
dolores stomachi & cordis.

Betonice farina bibitur cum aqua calida. Plantago stomachum roborat per se sumpta in cibo cum lente alicye sorbitione. Betoni ca alias grauis stomacho: vicia tamē sanat pota. vel foliis cōman ducata. Hisopum asmaticis sanguinē spuētibus subuenit. Agaricum victoriati pondere tritum & in mulsa, v. ciatis datū. Betonice dragma vna in calida aqua data cyatis tribus ad cordis vicia. In frigida cyatis duobus.

Sistunt vomitionem cimynum siluestre, betonice farina. Sumūtur ex aqua absterguntq; fastidia. Cruditatesq; digerunt: daucum. betonice farina ex aqua mulsa plantago quoq; decocta caulii modo.

Ca. viii. De vitis ventris.

Lurimū negotii humano generi aliis exhibet: cuius causa maior pars mortalium viuūt. Pessimū corporū vas. Instat vt creditor & sepius die appellat. Huius gratia precipue auaricia expetitur. Hinc luxuria conditur. Hinc nauigat ad phasin. Hinc profunda vada exquiruntur. Et nemo vilitatem eius estimat cōsummationis feditate. Ergo numerosissima est circa hanc medicine opera.

Ca. xi. De nymphaea. abstinētia
et appetentia veneris Et podagra.

Venerem in totū adimit nymphaea eraclea Eadez semel pota in. xl.

dies. Insomnia quoq; veneris a ieiuno pota & in cibo sumpta. Irita quoq; radix genitalibus inhihet non solū venerem; sed affluentia geniture, ob id corpus alere vocemq; dicitur.

Podagre morbus rarior solebat esse; non modo patrum aīorumq; memoria; verum etiam & nostra. Peregrinus & ipse. Nam si italie fuisset antiquitus; latinum nomē inuenisset. *Insanabilis nō est credendus.* Quippe quoniā & in multis & sponte definit & in pluribus curatur. Medentur & panacis radices cum vva passa. Succus hiosciam cum farina, vel semine scordion ex aceto iberis vti dictū est. Verbenaca cum axungia trita ciclaminis radix cuius decoctum & pernionibus prodest. Podagras refrigerat radix e xiphio semene psilio. Cicuta cum litargirio aut axungia. Aizon in priō impetu podagre rubentis hoc est calide. Vtrilibet vero conuenit erigeron cum axungia. Plantaginis folia trita addito sale modi co. Argemonia tusa ex melle. Medetur & verbenaca ilita. Aut si pedes macerentur in eius decocto. Salutare est semen eius herbe morbis articularū; quā psilium appellauimus; mad: factum aqua admixtis in hemina semis refine colophonie coclearibus duobus thuris vno. Laudantur & mādragore folia cum polenta tusa.

Podagra.

Ca. xii. Medicine generales de pedibus talis articularis, neruis, cōtraq; morbos qui totum corpus occupant, vigilias febres & cetera.

Alis tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mire prodest. Articularis succus e centaureo. Idem neruis vtilissimus. Betonica neruis discurrentibus per scapulas humeris spine lumbis pota vt in iocinere. Articularis quinq; foliū impositū. Mandragore folia cum polenta vel radix recens trita cum cucumere siluestri vel decocta in aqua. Cubitorum ac pedū rimis polipodii radix. Articularis succus hiosciam cum axungia.

*pedes
tuli
Aschmli
novas*

Epithimi succus clauos pedum extrahit. Iadauum cum castoreo. Verbenaca ex vino. Contra morbos qui totis corporibus grassantur; Panacis oīm generū radices peculiariter longinquis morbis. Et semē inter raneorū vitis. Ad omnes vero corporis dolores succus e scordio. Item betonice que pota colorē plumbeū corporis priuatē emendat, gratioresq; reducit. Plantaginis succus bibitus & ipsa decocta in vino & oleo a fomno matutino refrigerat. Agaricū potū duobus obolis in passo; vel dauco cū ceterio maiore in vino ptificis. Inter mala vniuersi corporis vigile sunt plerisq;. Harū remedio mōstratur pauaces; climeno; aristolochia; & odore

infusa

et peruncto capite. Aizoum siue sedum si inuolutum panno nigro ignorantis puluino subiciatur. Et onothera siue onear hilaritatem afferunt in vino agmida lino. Est folio flore rosaceo fruticosa longa radice: & cum siccata est vinum olente. Hec in potu data feras quoque mitigat. Cruditates que nauream faciunt digerit betonica. Eadem pora a cœna concoctionem facit: In oximellis cyathis tribus dragme pōdere & crapulam discutit. Item agaricum post cibos in aqua calida potum. Paralysim betonica sanare dicitur. Item iberis ut dictum est. Eadem & torpentibus membris prodest.

Comitiales sanantur panacis quam heracleam diximus radice pota cum coagulo vituli marini. Ita ut sint panacis tres partes. Plantago pota. betonica in oximelitis dragma. vel agarici obolis tribus folia quinque folii ex aqua. Sanat & verbenaca ex vino pota. Hyssopi bacce terne contrite & in aqua pote diebus. xvi. Quinque folii composita trita folia ex vino sumpta diebus. xxx. in betonice farine pōdo de nariorum. xiiii. cum aceti stilitici cyato mellis adici uncia. Scamoniū obolis duobus cum castoreo dragmis quattuor.

Febres frigidas leuiores facit agaricum potum in aqua calida. Tertianas sideritis cum oleo. Item ladanum quod in segetibus nascitur confusum Plantago ex aqua mulsa duabus horis ante accessionem pota binis dragmis. Vel succus radice madefacte vel tuse. Vel ipsa radix trita in aqua ferro calefacta. Quidam ternas radices in tribus cyathis aque dederunt in quaternis quaternas. Buglosso inarescete si quis medulam ex caule eximat dicatque ad quem liberandum febre id faciat & alliget ei septem folia ante accessionem: aiunt a febre liberari. Itemque betonice dragma in aqua mulse cyathis tribus vel agaricum maxime in his febribus que cum horrore veniunt. Verbenaca quidam & iumentorum febribus cum vino medentur. Sed in tertianis a tertio geniculo incisa. quartanis a quarto. Bibitur & semine hyperici vtriusque & horroribus: betonice farina que omnes horrores cohercet. Item panaces adeo excalfactoria est natura: ut per niuem ituris: bibere id perungi eo precipiant.

Ca. xiiii. dolorem tumore
resque sanat duritias. te
la infixa trahit. vsta le
nit. profluentem sanguinem stringit.

Dolorem & tumores sanant semen psillii. folia plantaginis trita. addito sale modico. Cicuta cum axungia. Item que confusa sunt duritiasque & sinus corporis. Et tela omnia infixa corpori extra

hunt folia triflilagnis. daucū. tritum aqua cum polenta. Ambu
sta sanantur plantagine arctio. ita vt cicatrix fallat. Folia eius aq̄
decocta illinuntur. Neruis et articulus conuenit plantago cōtrita
cum sale. Argemonia tusa ex melle.

Sanguinis profluuium sistit: herbe peonie semē rubrum. Eadem
& in radice vis. Ciclaminos vero si ore sanguis reiciatur siue femi
narum ytero. Item plantaginis semen naribus inditum. Quinq̄
folium potum & ilitum. Cicute semen tritum ex aqua & inditum.

Ca. xiiii. de sanguine sistendo adhuc
& remedia. ad fracta membra

Nympha trita plagis imponitur ad sanguinem sistendum Pē
cedanum cum semine cupressi bibitur: si sanguis per os redditur
fluitq̄ ab inferius. Sideritis tantam vim habet vt quis recenti gla
diatoris vulnere illigata sanguinem claudit. quod facit & ferule ci
nis vel carbo. Per nares autem fluenti & cicute semen tritū ex aqua
Inditumq̄ efficacē habetur. Betonice farina e lacte caprino pota:
sistit ex vbere fluentem. plantagoq̄ contusa. Eiusq̄ succus vomen
tibus sanguinem datur. Potatur a ruptis cōuulsisq̄ ex alto deiectis
centaurium maius. Gentiane radix trita vel decocta vel succus be
tonice

Tamina aceto cocta vestes animalibus liberat q̄ corpus edunt.

Ca. xvi. de quibusdam experimen
tis aliis

a Rtenusiam & elesiphacum qui habet alligatas: negat lassitudinem sentire. Muliebribus morbis medetur maxime in vniuersum. Artemisia vulue medetur trita ex fico. Eiusdem radix pota intantum purgat vt partus enecatos extrahat. Menses & secūdas cit ramorum decoctum infidentibus. Item folia pota dragma. Ad eadem omnia profunt vel imposita ventri. Immo cum farina ordeacea. Radix verbenace pota ex aqua ad omnia in partu & ex partu mala prestantissima est.

Diētanni folia preclare dantur in aqua. Constat vnus oboli pōdere vel si mortui sint in ytero infantes: reddi sine vexatione puerpere. Item betonice farina ex aqua mulsa.

Nigritiam capillis dat polemonia in oleo decocta. Item tintimali succo vel in sole cum oleo ilito: crebro vel euulsis pilis. Quadrupedum scabiem sanat isopum cum oleo fotum. Vicia omnia cutis faciei radix acori emendat.

*Sanguinea
Pylora*